

DISPUTATIO INAUGURALIS
DE
IURIBUS MAIE-
STATIS MAJO-
RIBUS.

647
25

1650, 10.

Ex
Jure tam Publico quàm Privato desumpta.

Quam

D. O. M. P.

EX DECRETO MAGNIFICI ET AM-
PLISSIMI ICTORUM ORDINIS IN FLO-
RENTISSIMA ARGENTORATIENSIS
ACADEMIA

PRO CONSEQUENDIS IN UTRO-
QUE IVRE PRIVILEGIIS ET IMMUNITA-
TIBVS DOCTORALIBVS

Publica & solenni censura

ad diem Decemb.

Submittis

BERNHARDUS BALTHASAR SOLTOVIUS,

ROSTOCH:

ARGENTORATI,

Typis EBERHARDI WELPERI.

M. DC. L.

tenam
cupe-
inju-
feris
ris ar-
a dete
li five
efum-
amit-
agnis
ficere
& fi.
Amit-
oro



VIRO
NOBILISSIMO, AMPLISSIMO
ET CONSULTISSIMO,
DOMINO

BERNHARDO SOLTOVIO,
Jcto Celeberrimo, Celsissimorum Ducum Hol-
satiæ Consiliario eminentissimo; ut & Capituli Sles-
vicensis Syndicò gravissimo, Domino Parenti
meo multum Venerando:

NEC NON
VIRO
AMPLISSIMO, PRAESTANTISSIMO
ET PRUDENTISSIMO

DOMINO IOACHIMO
DANCKWERHT,
ILLUSTRISSIMI AC CELSISSIMI
PRINCIPIS ET DOMINI,

DN. FRIDERICI,
Heredis Norwegiæ, Ducis Schleswigæ, Hol-
satiæ, Stormariæ & Dithmarsiæ, Comitis
in Oldenburg & Delmenhorst, &c.
Domini mei Clementissimi
Quæstori fidelissimo dignissimoque,
Affini meo pl. honorando:

*Disputationem hanc Inauguralem illi, in grati animi Symbolum,
& observantia testimonium cum filiali voto,
huic verò in ulterioris favoris promovendi incitamentum officiosè*

Consecro & offero

BERNHARDUS BALTH. SOLTAUVV.

DEO DUCE ET AUSPICE.
INTRODUCTIO.

Nemo in amplissimò hujus universita-
tis theatrò ita exul & hospes creditur,
qui non aliquam de arduà, utilitate
ponderosissimà, amplitudine diffusissi-
mà & frequentissimà Regalium materia habeat
notitiam. Ubique terrarum maxima de REGA-
LIBUS lites & controversia moventur, unde quoq;
fit, quod tot volumina hac nostrà tempestate in lu-
cem prodeuntia in illis Regalium jurgijs sint occu-
pata. Quapropter in nobilissimà ac intricatissimà
illà materià aliquid laborandum, & theses hasce
inaugurales sub Disputationis incudem revocan-
das & ego auctumavi, imprimis cum *πολυκαρπα*
tractanda, amandà, *ἀλεγεινὰ* praterenda, negli-
genda, arg. l. 25. in pr. ff. de liberatione legata l. i.
ff. de suspectis tut.

*Tu qui tecta colis superi pralustria Regni
Alme pater, Te quem terra polusq; tremunt
Hùc ades, adspira captus!*

A 2

THE-

THESIS I.

Regalia seu jura Regia, græcè βασιλικά, dicuntur à REGE (a) quod illi soli propriè & suo jure competant.

(a) puta Imperatore Rom. Rex enim in consuetudinibus Feudalibus & jure nostro civili ac canonico, sæpè pro Imperatore usurpatur: 1. feud. 26. ibi: Si verò ad Regem i. e. Imperatorem non venerit. 2. feud. 33. de consued. feudi resti §. in quibus ibi Rex Fridericus & 2. F. 27. ubi Fridericus Imperator initid quidem se Imperatorem vocat, sed in illis quæ subijciuntur suum folium nuncupat Regiæ Majestatis folium; suam autoritatem Regiam & in v. si verò temerarius disertè se appellat Regem, Sic in l. fin. C. de LL. sensus Imperialis à Justiniano vocatur Regalis, & in lege benè à Zenone 3. C. de quadriennij præscript. culmen Imperiale nominatur Regale. Pontifex item Romanus sceptrum Cæsaris appellat sceptrum Regale in c. inter dilectos 6. extr. de fide instrumentorum & imperialem potestatem Regalem in c. sollicita 6. §. præterea nosse extr. de majoritate & obedientia. Conf. Reform. Kayser Friderichs des dritten de Anno 1442. & Reform. des Westphälischen Gerichts de Anno 1495. ubi Fridericus Imperator & Maxim. I. Cæsaream suam Majestatem aliquoties Regiam appellare haut erubescunt.

THESIS II.

Atque sunt jura (a) in signum præminentia summo Principi propriè & suo jure (b) vel cui legitimè quæsita sunt (c) ad salutem & dignitatem imperij tuendam ac conservandam competentia. (d)

(a) i. e. Potestas quædam, vel faciendî, vel præcipiendî, vel permittendi vel exigendi & vide Bocorum de Regal. c. 1. n. 2.

(b) per textum in constitutione Friderici Imperatoris de pace Constantia §. nos Romanorum Imperator Frid. & §. volumus ibi ea quæ specialiter ad nostram Excellentiam spectant. Conf. R. I. Rarubon. de Anno 1576. §. Dadurch dann ibi zu unserer Kayserlichen Hoheit vnd Reservaten. & Nobiliss. Virum, Dominum Reinking. de Regim. secul. & eccles. lib. 1.

61. 3.

et. 3. c. 11. à n. 9. ad 24. Et quamvis aliarum quoque gentium Principes
superiorem non recognoscentes sua habeant Regalia, attamen quia
duntaxat de jure publico imperij Romani differere meum est, non de
jure aliarum gentium, iccirco Regalia definiendo, ea non immerito soli
Imperatorum Romano, qui vocatur das Oberhaupt des Römischen Reichs
Recess. Imp. 1566 §. Und nach dem dann, item ein Oberstervogt der Chri-
stenheit/ R. A. 1530. §. Nach dem aber vns/ item ein Weltlich Haupt A. B.
r. 2. propria esse dico: vide Ludovicum von Hornigk de Postarum jure c. 3.
pag. m. 16.

(c) vel ex concessione expressâ, per privilegium aut investitu-
ram factâ, Sixtinus de Regal. lib. 1. c. 5. n. 6. & 29. vel tacitâ, præscript. se.
aut consuetudine immemoriali, cap. super quibusdam §. præterea extra de
V. s. R. A. de anno 1548 §. Wann auch ein aufgezogener. Nam immemo-
riale tempus vim contractus, justæ causæ, tituli, privilegij & juris ple-
nissimi obtinet l. fin. de aquâ & aqua pluvie arcenda l. hoc jure 3. §. 3. ff. de
aquâ quotid. Mysf. §. obsf. 24. Johann-Hermannus Stamm de servit. per-
sonal. lib. 1. tit. 2. c. 4. n. 1.

(d) V. Recessum Imp. de Anno 1570. §. Als dann auch die Münzge-
rechtigkeit/ ibi: sondern wie wir selbst dem H. Reich zu ehren vnd wolffahrt
brauchen sollen.

THESIS III.

Dividuntur communiter in Majora & mino-
ra, (a) seu Majestatis & fisci. (b)

(a) Borholt in cap. unico qua sunt Regalia n. 2. Vult. de feudis 1. R.
§. n. 9. Sixtinus de Regalibus lib. 1. c. 2. n. 1. & alij.

(b) Bocerus in cap. 2. de Regal. n. 3. Ludov. à Hornigk citato tract.
cap. 2. lit. c.

THESIS IV.

Majora five Majestatis dicuntur quæ potissi-
mum ad supremam Imperatoris autoritatem,
& dignitatem sine pecuniario commodô perui-
nent. (a)

(a) Bocerus de Reg. cap. 2. n. 6. Daniel Otto de jure publ. c. II. Sixt.
de Reg. d. c. n. 2. & DD. communiter.



THESIS V.

Regalia varia à varijs adducuntur, multi in cum-
mulandis ijs nimis sunt effusi; (a) Ex ijs quæ Majo-
ra dicuntur præcipua saltem pro instituti mei ratio-
ne recensebo & paucis delibabo.

(a) Sic Petra de jure quasito non tollend. c. 21. v. ult. 413. Regalia in specie adducit, teste Sixtino de Reg. in proæmio n. 20. Conf. allegatos à Knichn. de sublimitate & regio jure territ. c. 1. n. 341.

THESIS VI.

Qualia sunt potestas ex verbo DEI Theologo-
rumque informatione de verâ Christianâ religio-
ne disponendi (a) jus leges univesales condendi,
interpretandi & abrogandi. (b)

(a) Cura enim rerum Ecclesiasticarum etiam ad Imperatoriam
Majestatem non ex privilegio Papæ ut vult glossa in c. in Synodo in sin. dist.
63. sed jure Regiæ potestatis à Deo concessæ spectat, vide Deuteron. 17.
vers. 19. Ioh. 8. v. 30. & 31. 2. Sam. 6. v. 12. Ecclesiast. cap. 47. v. 11. huc fa-
cit c. Principes caus. 23. q. 5. l. 3. C. de summâ Trinit. Nov. 3. in f. ubi
Imperator Justinianus ait se non minoré Ecclesiæ curam habere quam
propriæ vitæ. Confer N. A. zu Speyer de Anno 1544. §. Erstlich der stre-
rigen Religion, ibi: Inmassen dann wir in Krafft vnfers obliegenden Kayser-
lichen Amtes zubefordern schuldig / & de Anno 1548. §. Nach dem auch in
berühreten Rathschtag / ibi: das werden wir vnserm tragenden Ampt nach u-
adde der Römischen Kayss. Mayest. Erklärung / wie es der Religion halben
im Heiligen Reich / bis zu Auftrag des gemeinen Concily gehalten werden
soll de eodem Anno 1548. Hinc etiam in multis Imperij Recels. Imper-
atori Romano id tribuitur quod sit totius Christianitatis supremus
Præfectus N. A. zu Augspurg de Anno 1530. §. Auff solch & seq. Nach dem
aber ibi: als Römischen Kayser vnd Obersten Vogt der Heiligen Christ-
lichen Kirchen: item advocatus N. A. zu Regenspurg de Anno 1541. §. Aber
Churfürsten. Sanè hæc cura Ecclesiastica præter autoritatem Impera-
toris etiam statuum Imperij Electorumque consilium & consensum
requirit, N. A. de Anno 1555. §. In solcher vorgezogener berathschlagung /
ibi:

ibi: Solche nachdenckliche vnſicherheit auffzuheben / haben wir vns mit den
 Churfürſten / Räten vnd geordneten erſcheinenden Fürſten vnd Ständen
 der Abweſenden Vortſchafften vnd Geſandten / vnd Sie hinwider Sich mit
 vns vereinigt vnd verglichen; adde noviffimam invictiffimi Imperatoris
 noſtri Ferdin. III. Capitul. de Anno 1636. §. 2. in ſin. Conf. Inſtrum. pacis
 Caſareo-Suecicæ art. 5. §. 1. p. m. 28. Etenim magna res eſt Religio
 à quâ non ſolum temporalis ſed & æterna felicitas dependet R. A. in
 Augſpurg de Anno 1566. §. Wiewol wir nun auff ſolches / quæ magnam
 requirit deliberationem ac circumſpectionem.

(b) *l. ſin. C. de LL. l. 1. de conſtit. Princip. l. 1. C. de LL. l. 11 ff. eod.*
 Sed hæc poteſtas hodiè aliquo modo centro quali & ſpacio circum-
 ſcripta eſt; cum conſenſu enim & conſilio ſtatuum Imperij mit den
 Ständen deſß Reichs condit Imperator Legem univerſalem, quare Re-
 ceſſus Imperatoris & Imperij dicuntur vnſer vnd gemeiner Ständ Ab-
 ſchied / R. A. de Anno 1564. §. Haben Sie in f. item 1566. rubr. Abſchied
 der Römischen Kayſerlichen Mayeſtät vnd gemeiner Ständ. item vnſer
 vnd deſß Heiligen Reichs Conſtitution vnd Ordnungen: R. A. de An. 1567.
 §. Aber doch da Sie. Confer inſtrumentum Pacis Caſareo-Gallicæ §. 1.
 in ſin. p. 4. & §. Die Römische Kayſ. Mayeſt. in f. pag. 30. In abrogatio-
 ne autem LL. imprimis fundamentalium novarumque promulgatione
 maximis maximorum opus eſt conſilij, maximâ prudentiâ & circum-
 ſpectione. Eleganter ſcribit Eſtienne Paſquier liv. 3. de recherches de la
 France chap. 23. *Il n'ya choſe en la Republique ou le ſouverain Magiſtrat
 doit apporter tant de circumſpection, crainte & prudence qu' en la nouvel-
 lere de la loy.*

THEſIS VII.

Pertinet etiam ad Regalia Majestatis jus crean-
 di Reges (a) Electores (b) Archiduces (c) Duces,
 Principes, Comites, Barones (d) Equites (e) Nobi-
 les (f) Comites Palatinos (g) Doctores (h) No-
 tarios, &c. (i)

(a) *Exempla ſuppeditant Limn. de jure publ. lib. 2. c. 9. à numero
 19. uſque ad n. 24. Reinking lib. 1. cl. 2. c. 7. n. 57. & 58. Carpzov. de lege
 Regia c. 3. ſect. 13. Wilhelmus Becker in ſynopſi juris publici lib. 1. c. 2. n. 8.
 Conf. Ioachim. Cluſen in ſylloge rerum quotid. theſ. 20. nec non A. B. 1. 8.
 (b) Sie*

(b) Sic à Sigismundo Imperatore ad eam dignitatem Electora-
lem euectus est Fridericus I. Marchio Misnia Anno Christi 1423. *De-
vid Chytr. in Saxon. lib. 2. Balthasar Mencius von Stamm vnd Artunfft der
Churfürsten zu Sachsen vnd Marggraffen zu Meissen quem citat Dn.
Carpzov. de lege Reg. cap. 7. sect. 3. n. 23. Plura vide Exempla apud eundem
cap. 3. sect. 13. Tenor autem investituræ Saxonice videri potest apud
Linn. de I. P. lib. 3. c. 10. n. 11. citantem Hordl. de caus. belli Germ. lib. 4.
c. 9. pag. 236.*

(c) De origine hujus dignitatis inter scriptores non conuenit,
communis ferè est Historicorum opinio Albertum I. ab Imperatore
Rudolpho I. patre suo Austriam sub tit. Archiducatus primum accepit.
*Se. Cromerus histor. Polon. lib. 9. in f. Carol. Sigon. de regno Italia lib. 12.
Peucerus lib. 5. Chronic. quos allegant Reinking. lib. 1. cl. IV. c. 10. num. 5.
Carpzov. de L. R. c. 7. sect. 3. n. 4. Natalis Comes lib. 9. Histor. id Fri-
derico III. adscribit: at constat ex Ordin. des Cammergerichts zu Wormbs
de Anno 1495. Maximilianum primum Frid. filium demum Archiducis
titulo usum fuisse, Confer Linn. de Iure Publ. lib. 4. cap. 3. num. 26.
Austriacæ hujus familiæ egregia sunt privilegia quæ hic referre non
mei est instituti; Extant Friderici II. & Caroli V. diplomata Domus
Austriacæ privilegia continentia apud Linn. lib. 5. cap. 2. num. 30.
& 32. apud Sebastianum Munsterum in Cosmograph. lib. 3. s. 406. Goldast.
in Reichsfakungen p. 2. sub anno 1522. p. 193. ut testatur Regn. Sixt. de Re-
gal. lib. 1. c. 4. n. 32. adde Matth. Wehner. in pract. obs. verbo Stand des
Reichs pag. 616.*

(d) per textus lib. 1. feud. tit. 14. & 2. Feud. t. 10. De horum
origine qualitate & natura plenissimè scripsit sæpè citatus Dn. Linn.
de I. P. lib. 4. per tot. nec non Carpzov. de lege Reg. c. 3. sect. 13. à n. 11.
ad fin. Ampliis. Vir Dn. Reink. lib. 1. cl. IV. à cap. 3. usque ad cap. 17. quæ
omnia disputatio mea non capit.

(e) Vide de Equestri dignitate aureum tract. Petri Calefati ce-
leberrimi Jcti Pisani, adde Linn. de jure Publ. lib. 6. c. 3. nec non Be-
foldi discursum de ordine Equestri.

(f) Huc facit l. 5. §. 10. de diversis rescriptis l. unic. C. de hi qui à
Principe vacationem acceperunt lib. 10. latè Tiraq. in Tract. de Nobil. cap. 6.
Sed queritur an natus ex patre nobili, matre verò plebeja po-
riatur eadem patris dignitate, privilegijs & succedendi jure
etiam in feudis? Affirmativa de jure Civili verior mihi videtur per
textum expressum in l. 19. ff. de statu hom. l. 36. C. de Decurion. in l. mu-
licres

677
Lieres 13. de dignitatibus l. pen. ibi sentiat mulier veri fulgorem C. de nupt.
l. 8. ff. de Senatoribus, facit textus 2. F. l. 29. vide Limn. de Iure Publ. lib. 9.
c. 1. à n. 56. ad n. 60.

(g) qui à nonnullis dicuntur Richter des Kayserlichen oder Kö-
niglichen Hoffes. Est enim Pfalz idem quod Palatium sive curia, ho-
dieque celeberrimæ Reipubl. Argentinenfis curia das Rathhaus zu
Straßburg vocatur Pfalz, Paulus Marth, Wehnerus in observ. pract. verb.
psalens p. 148. Vocantur etiam communiter comites sacri Palatii Late-
ranensis, Aulae Caesareæ ac Imperialis consistorij, unde verò sic dicti
DD. variant, v. Limn. de Iure Publ. lib. 4. c. 4. n. 43. & 44 Horum jura
atque privilegia si quis scire aveat, concessionem Imperatoris cuique
specialiter factam inspicere eum oportet, quippe quæ pro benigne
concedentis facultate solet variare. Verba autem quibus Imperator
suis Codicillis hanc solet concedere dignitatem vide apud Petrum Calef.
tract. de Equestri dignitate n. 17. ubi sic loquitur Imperator. Nos accedente
Procerum consilio de nostra Caesarea potestate plenitudine & ex speciali gratiâ
Te N. sacri Lateranensis Palatii aulaque nostra Caesarea & Imperialis consi-
storij comitem facimus, creamus, erigimus & comitatus Palatini titulo clemen-
ter insignimus: Decernentes &c.

(h) Vide Dan. Ortonem & per eum allegatos c. 11. l. p. 338.
& c. 19. p. 355. & seqq. Contemptum autem nobilissimæ Jurispru-
dentiae afferunt Rabulæ isti forenses, qui togati vultures, vilissima
capita, forensia pecora ex Apuleo de aureo asino, rectè indigitari possunt
cum non tam iustitiae quam litigandi tradant vias ut est apud Cic. lib. 1.
de legibus. Vide Ammianum Marcell. lib. 30. ubi vivis coloribus id genus
hominum depingit teste acutissimo JCro Bernhardo Surholt. diss. 1. r. 39.

(i) Bocerus de Reg. c. 2. n. 161. Sixt. de Reg. lib. 1. c. 2. n. 35. &
lib. 2. c. 15. n. 14. & alij quos longo ordine citat Dominus Daniel Otto
de iure publ. c. 11. p. 339.

THESIS VIII.

Refertur porro ad Regalia jus legitimandi spu-
rios & liberos naturales (a) restituendi famæ (b)
concedendi veniam ætatis (c) jus aggratiandi (d)
absolvendi aliquem à juramento ad effectum a-
gendi (e) ultima provocatio. (f)

B

(a) Nov.

10
(a) Nov. t. 89. c. 9. ff. de natalibus restit. Gail. 2. obs. 142. n. r. & 2. Sixt. de Reg. lib. 1. c. 2. n. 27. Sed celeberrimæ est controversiæ an Imperator vel per se, vel per comitem Palatinum eos etiam naturales liberos legitimare possit, qui alieni sunt imperij, sive regni? Affirmativam tuetur Matth. Steph. tract. de juridict. lib. 1. c. 33. Negat. dicitur Carpzovius de Lege Regia Germ. c. 10. sect. 10. à n. 10. usque ad n. 13. Mihi modus distinctionis placet; Aut quærimus de ijs provincijs quæ ad Imperium modo quodam pertinent; puta ratione protectionis, advocatiæ &c. aut illæ quæ nullo modo imperio sunt agglutinatæ. De prioribus puto, posse Imperatorem in illis vel per se vel per comitem Palatinum legitimare: cum enim hi Majestatem Imperatoris comiter conservare (ut phrasi legis non dubito 7. §. 1. ff. de captivis & postliminio reversis ut ar) teneantur, quid miri si & hoc in casu eam salvadebitâ reverentia cœrctare nequeant. De posterioribus id nego, nisi provinciatarum Domini in eum legitimationis actum consentiant. Nec incommodè hûc refertur quod Petrus Pithajus des libertes de l' Eglise Gallicane intsr opera p. §. 18. scriptum reliquit: les comtes qui s' appellent Palatins creés du Pape ne sont recogneus en France pour y user de leurs pouvoirs ou privileges non plus que ceux creés par l'Empereur. Unde cum Johannes Navarrus qui pro comite Palatino se gerebat, autoritate Pontificis natalibus quosdam restituisse, in Gallijs, Majestatis damnatus fuit decreto curiæ Tholosanæ, ut refert Carpzov. citato loco, allegans Benedictum in c. Ragnurinus 16. X. de testam.

(b) quod Galli vocant reintegrer, remettre en son entier, restablir en son premier estat. vide in hanc rem l. 4. in fin. ff. de pœnis. l. 1. l. 10. C. de sentent. passis & restit. l. 1. §. fin. ff. de question. §. 1. institur. quibus modis jus patriæ potestatu solvitur. R. A. in Speyr de Anno 1526. §. Vnd wiewhol. Quot autem modis fiat illa restit. vide Bocerum de Regal. c. 2. n. 116. l. 1.

Q. & ult. C. de senrenz. passis. Sed quæritur si Princeps simpliciter deprecanti gratiam facit, puta his verbis, Nos tibi gratiam facimus, Wir zeigen dir Gnade/ wir wollen dir Gnade erwiesen haben/ an nihilominus infamia sequax culpæ reum comitati perseveret? Affirmat. per l. generalis indulgentia 7. de senz. pass. & restit. l. ult. C. de generali abolitione ubi rescribunt Imperatores ejusmodi restitutionem tantum pœnæ gratiam facere non infamiam tollere. Notandum & hoc quod Imperator icet infamiam jure cum suis effectibus per restitutionem in integrum tollere possit. infa-

infamiam tamen facti (ut DD. loquuntur) quæ apud bonos & graves viros opinionem alicujus onerat l. 13. C. ex quibus causis infamia irrogatur, nullo modo remove queat. Hinc Itali haut infulsè dicunt *La buona fama è come il Cipresse, che quando una volta è troncato non riverde mai più.*

(c) l. 1. ibi à principali clementia l. 2. l. 3. C. de his qui veniam etatis impetraverunt l. 5. C. de temporibus in integrum restit. & sic Carolum Lotharingæ Ducem postulatum Episcopum Metensem in Aulâ Imperatoris Pragæ indultum veniæ etatis ad consequendam investituram & administrationem dicti Episcopatus impetrasse, testatur *Bocenus de Regal. c. 2. n. 133.* Quo, vero tenore olim hæc fuerit concessa etatis venia. ex *Goldast. tom. 3. confis. Imp. p. 9.* refert *Limn. lib. 2. c. 9. n. 151.* cujus ultima consistit. verba adscribere lubet. *Cape igitur nostro beneficio potiorem annis etatem & quod petis ab Oraculo moribus exhibeto.* Est quoque notabile quod Imperator non adstringatur ad observantiam l. 2. C. de his qui veniam etatis impetraverunt, ubi dicitur adolescentes tum demum veniam etatis impetrare posse cum vicelimi anni metas impleverint. Referunt enim *Reink. lib. 1. cl. 3. c. 12. n. 57. Limn. d. l. n. 150.* ex *Hering. de fidejuss. c. 7. n. 110.* Christianum I V. Regem Daniæ (ô magnum & victurum semper in Annalibus nomen) anno 17. nondum impleto ob singulares & regias animi dotes à Rudolpho II. Imperatore veniam etatis impetrasse. Sic gloriosiss. Imperator Ferdin. II. Domino Georgio Hassiæ Landgravio Ludovici Landgravij Hassiæ filio primogenito, ejusq; liberis, & deinceps omnibus heredibus masculis ex corpore Domini impetrantis descendentibus hoc privilegium concessit *Anno 1625. d. 18. Nov.* ut quilibet ex illis, quem ordo successiois ad regimen admittit, impletò 18. etatis annò administrationem Principatus suscipere possit, vide *Reinking. cir. loco: Conf. Instrum. Pacis Cesareo-Gallica §. ebenmäßsig soll auch p. 23.*

(d) Hoc verbum Aggratiandi præter cæteros usurpat Dominus *Carpzov. tract. de Lege Regia c. 9. sect. 11. n. 23* & alibi passim. Germanis dicitur jus aggratiandi *Gnade erzeigen/ die Straff nachlassen/erlassen/lindein.* Atque hûc faciunt rextus in l. 4. inf. ff. de penis l. 9. § 11. ff. eod. l. 4 §. 1. ff. de re judicata l. 1. §. ult. ff. de constit. princ. Tanta autem hæc est potestas ut cum Carolus V. Senatui Mediolanensi omnia præne jura concederet, delictorum tamen veniam largiri aut literas salvi conductus reis dare exceperit & suæ Majestati reservavit. *Bodinus de Republ. lib. 1. c. 8. & 10. Daniel Otto de Jure Publ. c. 11. p. 374. Cluren. in sylloge*

2.
erfæ
riam
sive
c. 33.
uf que
pro
e pro
gluti
el per
toris
yus &
n sal
nego
tiant.
Eglise
ellen
voirs
annes
is na
lecre
um in
Tablir
o. C. de
du jus
whol.
l. 1.
citer
faci
iesen
itari
pass.
tores
infa
miam
offit.
infa.

370
rerum quorid. th. 8. lit. g. Ceterum hanc aggratiandi potestatem qui
habent non temerè aut indistinctè, sed causa diligenter & prudenter
cognitâ eam exercere debent. *Hinc l'auteur d'utile & salutaire advis au
Roy pour bien regner p. 19. Regem Franciæ ita alloquitur Pariculterement
inquit tu respondras un jour devant Dieu des malheurs causez par l'impuni-
té des crimes enormes, si tu te laisse persuader de donner des abolitions injuste
sous le voile & le pretexte d'une clemence, qui se trouvera tous jours par l'e-
venement cruelle & sanglante. Non igitur circa pœnas ex lege naturæ &
lege Divinâ morali descendentes est dispensandum, ne delicta ea ma-
neant impunita quæ jure Divino sunt capitalia. Quale est blasphem-
ia, omnium criminum maximum, maximè horrendum cum imma-
nitate tum gravitate vid. Levit. 6. 24. vers. 14. 15. 16. Nov. 77. Recess. Imp.
de anno 1495. Worm. tit. Königliche Sagung von den Gotteslästern/ ibi:
vnd mit der letzten Straff des Todes gepeniat werden sollen/ & inf. vnd also
ohn Gnade gestraffer werden sollen. Refertur quoque præter alia ad hanc
classem homicidium dolo sum & deliberatum eine bößliche vnd vorseh-
liche mit veremigten willen vnd muß begangenen Todschlag/ cuius pœnam
nullo modo remitti posse puto per textus Gen. 9. vers. 5. & 6. Exod. 21.
ve. 12. & 14. Levit. 24. vers. 17. Num. 35. vers. 16. & 31. ubi in hoc de-
licti genere commiseratio nominatim prohibetur.*

(e) Est autem absolvere aliquem à juramento ad effectum agen-
di etiam sine gegebene Urphede gegen den Herren so ihn also verurphedet
hat relaxiren damit Er sich ge- in demselben rechtens gebrauchten möge. No-
mini Urphedæ rationem indagat deque hac materiâ eruditè tractat
Amplius, Nobiliss. & Consultiss. Vir Du. Iohan. Otto Tabor 1 Crus eximius
Præceptor atque Patronus meus æternum suscipiendus in comment. Analytica
ad ordin. penal. Carol. V. art. 178. th. 28. Formulam etiam Urphede in Ca-
mera Imp. re. septam proponit Wehnerus in verbo Urphede. Ceterum
ardua inter nostros & Pontificios D.D. est controversia,
utrum hæc relaxatio seu absolutio juramenti ad effectum
agendi sit fori Ecclesiæ an vero secularis? Papicolæ prout
mnem aquam ad suæ molendina derivare allaborant dicente Baldo in l.
1. n. 3. C. de Oper. liberr. ita & hoc jus ad suum forum trahunt. Didac.
Covarruvias in c. quamvis part. 1. §. 3. n. 9. de passu in sexto Innoc. in c. ve-
nerab. de elect. & cap. novit extra de iud. cap. venerab. extra de electione, c.
cum contingat extra de iurejurando. Sed eorum sententiâ repudiata
contraria verior mihi videtur. Nam & jure communi sacramento-
rum

rum dispensationes à secularibus magistratibus fiebant l. f. ff. qui satis-
dare cogantur l. fm. ff. ad municip. & in novissimo Imperij consue. de An. 1555.
§. Und sollen die jenigen so in den Creysen & §. Und sollen in diesen beyden
verordnungen evidens hujus rei habemus exemplum. Camera etiam
Imperialis Assessoribus hoc jus datum esse constat ex ordinatione Cam-
eræ part. 2. t. 24. von relaxation der Eyden ad effectum agendi. Gail. 1.
obs. 2 §. Myns. cent. 3. obs. 99. Matth. Steph. de iurud. lib. 2. part. 1. c. 3. n.
150. Sigmundus Sinekethaus obs. 9. Stamm. de servitute personali lib.
1. c. §. n. 8. Reinking lib. 3. cl. 1. c. 10. n. 60. ubi nocanter ait absolutio-
nem à peccatis seu remissionem spiritualem vel si agatur de substantia
juramenti. rectè pertinere ad iudicium Ecclesiasticum. Conf. Gail. cit.
loc. n. 1.

(f) Summæ etiam & ultimæ cognitionis jus quod Galli vocant
le dernier ressort veram præ se fert Majestatis speciem: Hinc Ulpianus
sultum est inquit illud admonere à Principe appellare fas non esse
cum ipse sit qui provocatur l. 1. §. 1. ff. à quibus appellare non licet. Nov.
113. c. 1. Pellimè errant qui ab Imperatore ad Papam appellari posse
autumant, cum causæ ad imperatoris & Imperij disquisitionem perti-
nentes ad alia iudicia non sint trahenda & is qui provocare ausus
fuerit tanquam contemptor Cæsareæ jurisdictionis. centum auri pu-
ri marci mulctetur. Exemplum sententiæ in hoc passu lata videri
potest apud Limn. de iure publ. lib. 2. cap. 9. num. 102. Hæc fa-
cit Ordin. Cam. part. 3. titul. 61. Ab Imperatore autem malè
informato ad melius informandum an appellare liceat clarif-
simæ autoritatis inter se disceptant auctores. Mihi salvo aliorum
iudicio videtur hoc ipsum ex juris legumque præscripto appellationis
formæ & naturæ contemplatæ neutiquam fieri posse, reprobatur quippe
appellatio ab eodem ad eundem Gail. 1. obs. 155. n. 7. Bocerus de Reg. c. 2.
n. 242. Reinking. sæpè citatò tract. lib. 1. cl. V. c. 19. n. 48. refert autem
n. 61. decretum fuisse in aula Cæsarea Pragæ 6. April. Anno 1628.
das Ihre Kayserliche Mayestät die Appellation à Cæsare malè informatò
ad melius informandum als nichtrichtig vnd Straffmäßiger weyse einge-
mandt die auch an sich selbstem Nil vnd nichtz von Römischer Kayser-
licher macht hic: it cæsiren vnd aufheben. Pro appellationis vero & re-
medio supplicacionis Camera Imperiali. Syndicatum & Revisionem
Actorum admittit per text. Ord. part. 3. tit. 51. & 53. R. A. de Anno 1557.
§. Wiewol fernerinhalt. Adde instrumentum Paci Cæsareo-Suecica art. v. §.
quoad processum iudic. p. n. 38. ubi parti gravatæ à sententia in iudicio

B 3

etiam

etiam aulico lata ad Cæsar, Majestatem supplicare, ut *ad a judicaria*
denud revidentur permittitur. Num etiam revisionis revisio admittenda?
questio est dubitationum fluctibus concussa. Negativæ sententiæ
subscribo per *d. tit. 53. §. Darauff sollen in sin. ibi: vnd mit execution*
selcher reformation Briheil an dem Cammergerichte vollensfahren werden.
adde *Gailium rerum Cameralium peritissimum lib. 1. obs. 155. n. 3.* ubi ce-
statur hoc ipsum à quibusdã frustra & malo exemplo fuisse tentatum.
Sed an pendente etiam revisione interim suspendatur execu-
tio sententiæ Cameralis revidendæ nec incommodè hîc qua-
ratur? De jure communi certum est supplicationis viâ quæ revisio-
nis instar est executionem non tardari sed præstitã sufficienti cautione
de judicatõ faciendo, sententiam effectui suo tradi *per textum in Auth.*
qua supplicatio C. de precibus Imperatori offerendis, quæ juris dispositio ve-
teri ordin. Cameræ de Anno 1532. §. *Damit vaser ibi: Doch das nichts*
bestoweniger mit execution der gesprochenen vnd erkanten Briheil im
Cammergerichte vollensfahren vnd procediret werde/ etiam consentanea
est. Verùm non tantum postea in renovatã ordinatione Cameræ de
Anno 1555. *sub tit. 53. part. 3. §. Darauff & §. Im fall aber & §. Ob auch*
die Revision, sed & in Recels. Imp. de anno 1600. §. Als auch Streit vorge-
fallen p. m. 862. cautum est, das pendente revisione mit der execution
nicht zu verfahren / sondern damit eingehalten werden soll. exceptis non-
nullis causis de quibus d. l. & hanc constitut. in Camera proximis hîsc
temporibus haut esse observatam gravissimè conqueruntur Protestan-
tes in Gravam. Nurimb. nuper exhibitis, art. 10. §. Im vberigen.

THESIS IX.

Transeo nunc ad jus cognoscendi de feudis
Regalibus ut Ducatibus, Princip. immediatè Im-
perio subjectis. (a) erigendi confirmandi acade-
mias (b) dandi facultatem condendæ civitatis (c)
jus instituendi nundinas annuas (d) cursus pu-
blicos (e) indicendi nova vectigalia (f) jus cuden-
dæ monetæ (g) indicendi bellum (h) comitia (i) &
quis omnia parvò fasciculo posset cõprehendere,
(a) Tri

(a) Tritum enim est illud quo magna & ardua causa magnos requirant iudices per l. non distinguemus 32. §. de liberali 7. ff. de receptis arbitris unde non immerito Imperatori in Imperij constitutionibus hoc jus tribuitur *De A. zu Worms de Anno 1521. sub tit. Römischer Königl. Mayest. Regiment/ §. Ob auch sachen fürstlichen Fürstenthumb/ Herzogthumb/ Graffschafften &c. belangend/ so vom Reich zu Leben rührent/ so einem theil gänglich vnd endtlich abgesprochen werden solten / derselben erlanenuß wollen Wir vns auch hierin vorbehalten haben &c.* Et licet Camera sit consistorium Summi Principis dicente *Gailio l. obs. 42. num. 1. attamen cognitio controversiæ de Ducatibus & Comitibus illi est adempta, vide Ordin. Cam. de Anno 1555. part. 2. tit. 7. Gail. lib. 1. obs. 29. num. 7.* Atque huc faciat textus iuris Feudalis l. feud. r. 18. ibi: *si contentio fuerit de beneficio inter Capitaneos coram Imperatore definiti debet & 2. feud. r. 34. de lege Corradi in verb. Si inter duos de beneficio Regali controversia fuerit coram Rege lus terminetur.* Neque hæc sententia usu & observantiâ destituitur. Sic novissimè Anno 1623. d. 1. Apr. Imperator Ferdin II. inclytæ memoriæ in causa Hessen contra Hessen die Marburgische Succession betreffend sententiam definitivam solemniter in conventu Ratisbonensi publicavit postquã illa causa per octodecim annos in aula Cæs. esset ventilata. Cujus actus cum spectator fuerit Amplif. *Vir Dn. Reinking.* plenissimè, eum describit *lib. 1. class. IV. c. 19. n. 29.* Verba hujus sent. refert *Limn. de I. P. lib. 5. c. 8. n. 5.* Hodie penitus sopita est illa controversia, vide *Instrum. Pacis Cæsareo-Gall. §. anreichend die zwischen dem Hause Hessen Cassel &c. p. m. 22.* Sic quoque S. Cæsareæ Majestati sese submiserunt in causa Juliacensi Christianus I. Elector & reliqui Duces Saxon idque publico scripto testati sunt, quod habetur in der ausführlichen deduction des Chur vnd Fürstlichen Hauses Sachsen an dem verledigten Fürstenthumb Gütlich cujus verba refert *Reinking cit. loco. Conf. Instrum. Pacis Cæsareo-Gall. §. Sintemahl aber die Gütliche &c. p. m. 18.* Adde *Lim. de i. P. lib. 5. c. 10.* per tot. ubi latè de hac controversiâ agit. *An vero solus Imperator absq. interventu parium Curia de Majoribus hisce feudis cognoscere possit gravissimè semper disputatum fuit.* Ego hanc quæstionem remitto ou on ne fert point du droit Canon mais de canons sicut loqui amabat Galliarum Rex Henricus IV. Tutius tamen & consultius viderat esse sicum statuum consilio illud faciat Imperator. Nam in gravibus negotijs consiliarios adhibere prudentis est. l. humanum 8. C. de LL. Senatores partem corporis sui esse ait *Justinianus in l. quous 5. C. ad L. Aut. Majest.* Huc facit *Instrum. pacis Cæs.*

ria
da?
tia
cion
den
te-
um.
cu-
ta-
ffio-
one
urb.
ve-
chis
l im
inea
e de
uch
orge
cion
non-
ifice
tan-

dis
m-
de-
c)
du-
en-
&
re.
Tri

Cesareo-Suecica art. 5. §. quoad processum p. m. 38. vide Dan. Ott. de iure publ. c. XI. p. 369. Cluten. in Sylloge rerum quotid. th. 20. lit. I. Anton. Col. de iure Imp. Germ. th. 24. Ceterum de his quæ requiruntur ad hoc ut vigore allegata constet. de Anno 1521. & in Ordin. Cam. p. 2. t. 7. Cæsar de Ducat. Comit. &c. cognoscere possit vid. Reinking. latè cit. l. n. 53. & seqq.

(b) Hinc est quod Academia dicitur auditorium Imperial. Lunic. C. de stud. liberal. v. Ordinationem Cameræ p. 1. t. 3. §. desigleichen sollen die Weisheit. Matth. Stephani de iurid. lib. 2. part. 1. c. 1. memb. 2. num. 63. & tract. de Academijs part. 2. c. 1. num. 10. & 11. Minimè ergo probanda eorum opinio qui pro Academijs non habendas esse eas autumant quæ Pontificis confirmatione munitæ non sunt Ord. Cam. d. t.

(c) arg. l. 1. C. de Metrop. Berijt. Jcti appellant spiritum & vitam dare Civitatibus Stadtrechte geben. Hinc cum Albertus Comes Mansfeldiæ propè Islebiam vico cuidam jus civitatis dare vellet Maximilianus I. Anno 1514. mandato inhibitorio id fieri prohibuit his verbis Wann nun dir noch jemand anders nicht gestattet Stadtrechte oder anders das der hohen Obrigkeit anhanget / ohne sondere erlaubnuß außzurichten so empfehlen ic. vide Limn. lib. 2. c. 9. num. 129. Matth. Steph. de iurid. lib. 1. part. 1. c. 1. m. 2. n. 115. Nec tantum Imperator Civitatibus esse h. e. animam largitur sed & egregijs easdem exornat privilegijs. Quale est inter multa alia jus Stapularum die Staffellgerechtigkeit. v. Wehn. pract. obs. lit. 8. verb. Staffellrecht / Staffell &c. Significat autem communiter Stapula forum seu locum publicum in urbe aliqua designatum quo Principis autoritate & privilegio vina, frumenta, sal, aliæque merces exoticæ vendendi causa convehuntur, in usum empturientium per aliquod tempus venum exponuntur & postmodum per solutis vectigalibus alio transferuntur.

(d) Vide l. 1. ff. l. unic. C. de nundinis. Gail. 2. obs. 69. n. 24. Et quemadmodum non licitum est inferioribus absque privilegio Imperatorio nundinas illas solennes & annuas quas vocamus die Jahrmarkt instituire, ita nec legitimè & cum privilegio institutas transferre concessum arg. c. translato extr. de constitution.

(e) Qui hodiè vocantur Postæ Germ. Post / Postlauff. Hinc quod Italis est andar par la Posta, hoc Gallis est postiquer, courir par la Poste; Germ. die Postreuter / auff die Post reuten / Postiren. Soli vero Imperatori competere potestatem instituendi, Postas Generales patet ex l. iudicibus 9. C. de cursu publico. R. A. de Anno 1522. §. item ist bedacht / & ex liberis

liceris quas Princeps Elector Moguntinus S. Impetij per Germ. Archi-
Cancellarius & rei cursualis protector ad S. Caesarem Maj. Mogunt.
d. 11. Decemb. Anno 1608. scripsit. hilce verbis quae allegat Ludov. von
Hörnigk tract. sing. de Regali Postarum jure c. 19. Theorem. 1. p. m. 297.
Woran dann auch E. Kayf. Mayest. zu aller vnrerhängigsten Ehren vnd
diensten / vnd zu erhaltung des hochbetreueren Kayserlichen Post regals
ihne R. alle befürderung vnd hülffe zu erweisen nicht vnrerlassen werden.
Hinc Rudolphus II. imperator gloriosiss. recordationis Anno 1579.
1589. nec non 1597. cursuū specialium & tabellariorum civitatū usum
per patentes literas severè prohibuit, ut refert. d. Ludov. ab Hornigk cit.
tract. pag. 317. In mandato vero Caesareo Ferd. III. quod illustrissima
comes de Taxis nomine filij sui minorennis Dn. Lamoralis Claudij cui
Regale Postarum à Caesare in beneficium & feudum concessum erat
Anno 1637. obtinuit hæc habentur verba: Wollen aber einige Stätt/
Dörger vnd Handelsleute in ihren vorfallenden angelegenen eygenen ge-
schafften vnd nöthen sich anderer Botschafften mit zu vnd anfführung ihrer
particular Brieffe vnd Sachen vnd vnser Ordinari Posten nicht gebrau-
chen / mögen Sie gleichwol dasselbe (jedoch der gestalt) thun / daß von der
Statt / oder Stell / da die abfertigung geschicht / an den Ort dahin die reyse/
es sey zu Ross oder Fuß / gehörig / ohne einige abwechselung / vnd nicht mehr
dan durch eine Person oder Botten (der oder die auch kein Posthörlein
führen / vnd sich anderer gemeinen Brieffe enthalten sollen) vnd anderer ge-
stalt nicht verrichtet werden. v. pag. 329.

(f) l. 10. ff. de public. & vectig. l. 4. & rr. C. vectigalia nova institui
non posse R. A. Rarib. de Anno 1576. §. Dadurch dann. pag. mihi 748.
Matth Steph. de jurid. lib. 2. part. 1. c. 1. m. 2. n. 92. Verum cum peri-
culoßissima res sit nova erigere vectigalia vel antiqua augere Germ. den
Zollstetgen quippe ex eo sapissimè seditiones & tumultus gravissimos
excitari multa comprobant Exempla, proinde prudentissimè Capitul.
Augustis, Imper. Ferd. III. art. 20. provisum est, ne sine consensu
Electorum Imperator nova vectigalia instituat vel antiqua augeat. ad-
de Instrum. Pacis Caesareo-Gall. §. Vnd demnach ins gemein. p. 26.

(g) l. 2. C. de falsa moneta. Ordin. Crimin. Caroli V. art. III.
ibi: Welcher aber die Münz &c. Hinc in R. A. zu Speyr de Anno 1570.
§. Als dann auch die Münzgerechtigkeit / inquit Imper. Maxim. II. die
Münzgerechtigkeit ist kein mercant sondern vnser Kayser Regal / so
die Münzstände / auß vnsern sondern verraumen / nicht zu ihrer selbstn ge-
suchten

suchen Vortheil / sondern wie Wir selbst / dem Reich zu ehren vnd woffahre
brauchen sollen. Conf. R. A. de Anno 1551. §. So haben Wir vns auch / vbi:
So von vns vnd vnsern Vorfahren im Reich mit dem Regal der Münz
gestreyt sind. Ne autem in presentissimum totius Reip. Rom. dispen-
dium cessiones, venditiones locationes rei monetariae ipsiusque mone-
tae mutatio & reprob. fieret, per Capitul. Imperatores promiserunt, se
in scijs Electoribus impostero nulli statui jus monetandi concessuros
sed cumeorum Procerumque consilio de re monetaria disposituros &
ordinaturos. Sic Ferdinandus in comitijs Anno 1559. decreto ordinum,
quod & Maximilianus I. fecit in comitijs Anno 1566. & in editio Anno
1571. post Comitia Spirensia publicato, Confer Capitul. Matth. Imp.
de anno 1612. Ferdin. II. & moderni Imperatoris Ferd. III. artic. Vnd
nach dem bisher im Reich & artic. Wir sollen vnd wollen auch hinsüro.
De temeraria autem monetae mutatione perbellè loquitur Boleslaus
Pius Bohem Rex, dum inquit, nulla clades, nulla pestilentia, nec mor-
talitas, nec hostes totam terram rapinis incendijsque devastantes magis
populo nocent, quàm frequens mutatio & depravatio iusta monetae,
ut ex Cosmâ Pragensi refert Limn. I. P. lib. 3. c. 2. n. 66.

(h) l. 3. §. eadem ff. ad L. Iul. Majest. l. 17. C. de militari lib. 12.
Nov. 105. in pr. c. quid culpatur c. 22 q. 1. Ceterum hodie & illud jus
Majestaticum in Imperio nostro est limitatum & per capit. Caesaream
Ordines Imperij unâ cum Imperatore iustitiam & causam belli sus-
cipiendi cognoscunt, & de apparatu & quibus medijs bellum sit
gerendum maturè deliberant: Vide Cap. Ferd. III. art. 11. Wir sollen
vnd wollen auch / vns darzu in Zeit bemeldter vnserer Regierung friedlich
vnd nachbarlich &c. Rationem assignat Dn. Carpzovius de L. Reg. c. 4. §.
num. 14. Quod si vero invito Imperatore in scijsque proceribus ar-
ma quispiam in Imperio suscipiat, in Camerâ Imp. mandata avocato-
ria contra eundem sub penâ banni decerni & per nuntios Camerales
insinuari patet ex R. Imp. Spir. de Anno 1529. §. Vnd damit an solcher.
pag. 209. Receff. de Anno 1530. §. Wo aber der. pag. 227. Ordin. Cam. part.
2. tit. 9. §. Vnd ob sich.

(i) Olim in Politia Romana populari triplicia fuisse Comitias,
Curiata, centuriata & Tributa notat Reinkingssepè citato tract. lib. 1. cl.
§. cap. 8. à num. 12. ad num. 26. Hodie dividuntur in Universalia &
particularia. Illa nunc $\epsilon\lambda\chi\theta\upsilon$ Reichstag / gemeine Reichsversammlung
appellatur. Hæc vero sunt conventus particulares in quibus pass
Princi-

Principum & Optimatum convenit ut sunt *conventus Electorum*, qui in genere dicuntur Churfürsten Collegial Täge. Cap. Ferdin. I. de Anno 1556. §. Wir lassen auch zu ic. & Ferdin. II. art. 4. A. B. tit. 12. Arnif. de Iur. Majest. lib. 2. cap. 2. num. 3. Dan. Otto de Iur. P. cap. 13. pag. 490. In specie vero quando vacante Imperij Romani sede ad electionem conveniant dicuntur *Wahlstäge*. A. B. c. 2. Hifce adscribendi *conventus Circulorum Craystäge*. R. I. de anno 1570. §. Als wollen wir nochmahls. *Conventus Deputatorum*, *Deputations Täge* qui primitus instituti sunt in Comitij Augustanis de Anno 1555. v. R. A. de Anno 1555. §. So sich dann abermahls/ & §. seq. adde R. A. zu Augspurg de Anno 1559. §. Auff das dieses falls vnser & c. Similis est *Cöventus Visitatorum Camera*, *Visitationis Täge* de qua re v. *Ordin. Camera part. I. c. 50*. Universalia vero Comitia primis temporibus solum indixisse Imperatorem non uno Recept. Imper. loco clarescit. Ita enim Fridericus III. in *Reform. Anno 1442*. instituta ait. Dazzu insonderheit her zu vns zu kommen geboten vnd geheiffen haben: Ordinatione Trevirensi & Coloniensi Maximiliani Anno 1512. *ibi*: So haben wir die Churfürsten / Fürsten / vnd andere Stände zu vns anfänglich gegen Erier auff einen gemeinen Reichstag erfordert. Idem patet ex *Recessu Imperij Ratisbon. de Anno 1527*. §. Haben wir die Vortschafften *ibi*: in Ihre Kayserliche Mayest. willen vnd gefallen gestellet/ einen Reichstag außzuschreiben. Ast postea *Capitulationi Caroli V.* insertum fuisse ne comitia sine consensu Electorum indicerentur videre est ex *Capitul. Caroli V. §. Dergleichen Sie die Churfürst. ibi*: Kein Reichstag ohn wissen vnd willen der Sechs Churfürsten ansehen noch außschreiben. *Conf. R. I. de Anno 1576*. §. Als haben wir mit Nache vnd betebung vnser vnd des Heiligen Reichs Churfürsten & de Anno 1603. §. Hierumb vnd dieweil: adde *Instrumentum Pacis Cesareo-Gallice §. Sie sollen ohn widersprechen pag. 24. & §.* So viel in allgemeinen / ubi tam in universalibus quam particularibus Diaribus liberis quoque Imperij Civitatibus non minus quam cæteris Statibus votum conceditur decisivum.

THESIS X.

Atque hæc de Majoribus Regalibus delibasse sufficiant. Jam fusè agendum foret de his quibus Regalia propriè vel impropriè competunt, &

de modis, ac quirendi conservandi nec non amit-
tendi Regalia. Verum quia causæ fonticæ cala-
mum deponere ac vela contrahere jubēt, residua
quæ huic exercitio adnectere jam mecum desti-
naram ac pararam in aliud tempus reijciens, hîc
pedem figo. Et quæ scripsi usus Academicâ liber-
tate absque ullius præjudicio & non judicandi sed
differendi animo scripsi.

Ἐπεὶ ἀναγίνωσκον ἀνάγνωσις χάρσις.



CORONIDIS LOCO SUBJICIO.
EX JURE CIVILI.

I.



Verus Dominus dominiõ ante omnia
probatõ, res à militibus vel vi vel per
rapinam vel clam excurrendo & de-
pradando ablatas & Titio venditas,
etiam absque pretij refusione reposcere valet. *l. in-
civilem 2. C. de furtis l. 23. C. de R. V. l. 16. §. nam su-
per pretio C. de evictionibus.* Concordat R. A. zu
Augsburg 1559. §. Und nach dem an etlichen Orten
ibi: ihnen ohn entgelt widerumb zugestellet werden
sollen.

II. Da-

Damnum ex monetâ depravatâ & à Magistra-
tu reprobata emergens regulariter ad pupillum
non tut. spectat, per textum elegantem in terminis
in *l. creditor* 102. in *princ. ibi: nec tutoris detrimen-*
tum esse ff. de solut. quod eò magis procedit si tutor
vel pecuniam pupillarem nulli credere vel pro ea
nulla prædia comparare potuit. *l. 8. in f. l. 12. §. 4. ff. de*
administratione & peric. tut. l. 3. C. de usuris pupill.

III.

Libri mercatorum regulariter pro scribente
non probant *l. instrum. s. l. 6. & 7. C. de prob. l. 26.*
ff. de don. l. 5. C. de conveniendis fisci debitoribus
nec enim plus credi debet voci mortuæ quàm
vivæ.

IV.

Literæ commendatitiæ seu verba commenda-
toria puta *Er hat zu zahlē / es ist ihm wol zu trawen /*
Er ist ein gut Mann scribentem seu loquentem
regulariter non obligant, per textus manifestos *l.*
12. §. 12. ff. mandati l. 7. §. 10. ff. de dolo malo l. 19. ff.
de adilitio edicto l. 11. §. 2. ff. de leg. 3. nisi commen-
datio illa sit affectata quædam exhortatio & do-
losa persuasio seu magna & evidens calliditas *d. l.*
7. §. 10. in f. l. 8. ff. de dolo malo. l. 47. ff. de Reg. Juris.
vel nisi quis scribat, adhibe illi plenam fidem meo
C 3 peri-

periculo *l. 12. §. 13. ff. mandati*, aut nisi sit mercator
aut ejus infitor vulgo Factor cui quis commenda-
datur, isq; persuadeatur aut rogetur per literas alte-
rius mercatoris ut tertio alias fortè ignoto merces
suas credat. Atque huc pertinet celeberrimum
Statutum Lubecense *lib. 3. tit. 10. Von Befehlich
welcher Rahtsweise geschicht.*

EX JURE CANONICO.

I.

Sponsalia publica purè contracta mutuo par-
tium dissensu dissolvi non possunt *c. quos
DEUS 18. c. 33. q. 3.* Nec obstat *capit. prater ea 2.
extr. de sponsalibus.* Testatur enim Durandus de
S. Portiano *lib. 4. dist. 27. q. 3.* quem allegat Sigis-
mundus Sincelthaus *obs. 42. pag. 483.* Ecclesiam
hoc capit. non approbasse.

II.

Confessio coram sacerdote confessionario fa-
cta in den Beichtstuhl neque ad juramentum pur-
gationis neque ad inquisitionem est sufficiens.
per textus *Iuris Canon. manifestos in c. sacerdot. 2.
de pœnitentiâ dist. 6. cap. si sacerdos 2. extr. de offic.
jud. ordin. c. omnis 12. circa fin. vers. caveat autem
omnino. extrâ de pœnitentiis conf. Gail. lib. 1. obs.*

100. num. 8.

EX

EX JURE FEUDALI.

I.

Scriptura seu publicum instrumentum der Lehenbrief non est de substantiâ investituræ feudalis per text. 2. feud. 2. §. nam si instrum. defecerit.

II.

Minor 25. annis nova feuda regulariter concedere non potest arg. l. 3. C. de his qui veniam atati: renovationem autem antiquæ investituræ facere non prohibetur. v. 2. feud. t. 3. per quos fiat investitura, v. Schneid. de Feud. part. 3. num. 81. 82. 83.

QUÆSTIO POLITICA.

AN è re Principis sit collegam & successorem Imperij sibi assumere? Resp. interest Reip. ad pravas aliorum successionis spes cohibendas vel si post mortem tumultuosa timetur successoris electio, successorem adoptare. Vide tamen pulchrè hac de re ratiocinantem. Boccal. Ragg. de Parnass. cent. 1. Ragg. 10. cum inquit, molti si sono trovati figliuoli d. i Re grandi che accecati dalla gola di signoreggiare, piu tosto hanno voluto por la salute loro à sbaraglio per mangiare l'agresta il Giugno, che aspettare che l' uva si maturi il settembre.

F I N I S.

Scilicet non est de substantia investituræ seu
causæ per se, sed de causa investituræ
causæ per se, sed de causa investituræ
causæ per se, sed de causa investituræ

Minor et major non sunt regulariter con-
dicionem per se, sed de causa investituræ
causæ per se, sed de causa investituræ
causæ per se, sed de causa investituræ

QUESTIO POLITICA


Ad id quod dicitur in capitulo de successione
imperii per se, sed de causa investituræ
causæ per se, sed de causa investituræ
causæ per se, sed de causa investituræ
causæ per se, sed de causa investituræ
causæ per se, sed de causa investituræ
causæ per se, sed de causa investituræ
causæ per se, sed de causa investituræ


F I N I S



X 2615934

W 17





DISPUTATIO INAUGURALIS
DE
IURIBUS MAIE
STATIS MAJO-
RIBUS.

Ex
Jure tam Publico quam Privato desumpta.

Quam

D. O. M. P.

EX DECRETO MAGNIFICI ET AM-
PLISSIMI ICTORUM ORDINIS IN FLO-
RENTISSIMA ARGENTORATIENSIS
ACADEMIA

PRO CONSEQUENDIS IN UTRO-
QUE IVRE PRIVILEGIIS ET IMMUNITA-
TIBVS DOCTORALIBVS

Publica & solenni censura

ad diem Decembri

Submittit

BERNHARDUS BALTHASAR SOLTOVIUS,

ROSTOCH:

ARGENTORATI,

Typis EBERHARDI WELPERY.

BERNHARDUS BALTHASAR SOLTOVIUS

25

1650, 10.

